



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Chrysostomus 27. Januarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

66. (09)

# S. CHRYSOSTOMUS

27. Januarii.

*Sic est voluntas Dei, ut benefaci-  
entes obmutescere faciatis impru-  
dentium hominum ignorantiam.*

S. Pet. 1. cap. 2.

**C**HRYSOSTOMVM laudibus suis pin-  
gat alter Chrysostomus, nos umbram  
damus. Nondum Pontifex Bizantinus era-  
IOANNES, cùm in ejus conspectum se de-  
dit Apostolorum Princeps D. Ioanne Evang  
comite, & sanctioris potestatis ac magisteri  
indices claves illi ac librum obtulit. Et vero  
quid mirum, si hoc Doctore etiamnum Or-  
bis gaudeat: qui præceptorem magnum  
Paulum, imò eundem cum Paulo Magistri  
Spiritum S. habuit? Nam hunc obvolitan-  
tem capiti suo, dum sacris operaretur, con-  
spexit ipse: illum, dum ad mensam scribe-  
ret, assistere dictanti similem, alii etiam vi-  
derunt. Talis itaque IOANNES cùm urbi  
suā hæreticos, & cum his vitia alia, ac blas-  
phemiam imprimis proscriberet, sancta li-  
bertatis vindicta acerrimus, æqui justiq; uni-  
cus amator in odium Augustæ Eudoxiæ in tuus  
cid  
Re  
ca  
eju  
no  
jan  
cel  
me  
lise  
ann  
qua  
I.  
man  
amo  
unu  
eâ e  
mov  
posse  
potu  
2.  
móq  
facil  
di in  
citat  
Prof

US cedit: nam IOANNES Imperii sui etiam in Reges memor, templi aditu gravibus ex causis profanam prohibuerat, & in statuam ejus, quæ propter templum choreis ludisq; non sanctis colebatur, graviter detonuerat; jamq; secundum exul in meliorem patriam cælum abiit: ad id à geminis, quos supra memoravimus, Apostolis & D. Mart. Basilio invitatus. Siluit itaq; aureum hoc os anno post reparatam salutem septimo supra quadringentesimum. *Ex Surio.*

## M E D I T A T I O

*De bono exemplo.*

1. Chrysostomus, non minùs factis, quam verbis omnes hortabatur ad virtutem. Duo manant ex alienæ virtutis consideratione. Primum amor ejusdem virtutis, alterum imitatio. Velle unusquisque virtute esse præditus, sed multos ab ea excedendâ deterrent siq; difficultates, quas removet bonum exemplum: Etenim confidimus, ea posse nos, quæ adolescentuli, & pueræ tam facile potuerunt.

2. Nihil Deo gratius feceris, nihil tibi proximumque utilius, quam si bono exemplo virtutem facilem esse persuaseris: ô te felicem! si pio viventi di instituto consulas saluti hominis, pro quo mortuus in tuus est Christus, & cui sine te sanguis Christi non edidit profuisset.

3. In externis actionibus, hæc duo potissimum  
cura, ut Deo placeas, & hominibus sis bono  
emplo; Omitte, quidquid fratrem tuum offendit  
illius ergo mortuus est Christus; tu vero, ut  
Etus si fratres tuos, vel tantula voluptate abstine  
gravaberis? Domine si minus idoneus sim,  
concionibus doceam alios virtutem, bono  
exemplo illorum conversioni consulam. Effici  
vita, quam lingua testimonium, habent & opera mel  
suam tacenti lingua. Cyprian.

---

## S. JACOB. POENIT.

28. Januarii.

*Sicut fuit sensus vester, ut errare  
à Deo, decies tantum iterum  
vertentes requiretis eum. Baruch*

**H**ominis, mi lector, speculum capendi  
peccantis & poenitentis, IACOBVI de  
inspice. Hic postquam Anachoretes XLitque  
maino annos DEO militavit, miranda  
ima patravit, trophæa de hoste inferno  
tuit plurima; id ætatis vir à fæminâ demum  
triumphatur, & ab ea fæmina, in quâ ipsa  
cacodæmona non horruerat, imò è quâ  
etum ejecerat. Huic itaque infelix puer.  
pudorem, mox vitam extorquet. & vi  
terti